



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Parallela Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 1. Ducatus Mantuanus, le Mantoüan.


urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Centum bellica tormenta Casalij habebat, & arma ad instruendum non leuem exercitum. Inde ante bella sibi 300. librarum milia annui redditus conficiebat, ac proinde ditissimus erat: nunc quid accipiat nobis est incompertum, aliis summam augmentibus supra modum, aliis imminuentibus. Hoc certè statui potest, si regiones omnes huius Principis connecterentur, paucos in Italiâ Principes ei futuros pares, sed interiacet Ducatus Mediolanensis, & ab Hispanis meritò sibi timere debet.

SECT. II. *Geographica descriptio ditionis Mantuanæ*

NVM. I. *Ducatus Mantuanus, seu Mantoianus*

- MANTUA:** *Mantouia*, nobis *Mantouie*, in lacu Mantuano, quem Mincius Fl. efficit hîc stagnans, 20. millium passuum ambitu; vrbs magna, diues & populosa, ad quam per pontes vel aggeres tantùm datur accessus, ideòque munitissima est. Hîc Ducis palatium tam amplum, tam magnificum, vt 5. Reges hospitio possit excipere Duce ipso non excluso, nam 550. cubicula numerantur, omnia pretiosis stragulis, & aulæis vestita, & pleraque tribus ornamentis quæ subinde mutari possunt. Tres quasi vrbes in lacu ipso Mantuanam sepiunt *il Thè*, palatium magnificum, *Borgo di Santo Georgio*, & *Porto Forteze*.
- VILLA MARMIROLI:** *Marmiruolo*, magnificentissima prorsus à Friderico I. condita magno artificio, sed maiore sumptu. Aquarum hîc mirabilis lusus: vno verbo palatium ad Regem & Imperatorem simul excipiendum factum.
- PETOLA VICUS:** *Pietola*, aliter *Pitalo*, ad oram lacus Mantuani cum Mincium effundit, olim pagus Andes Virgilij incunabilis clarus. Adiacet ei Virgiliana domus Duci perutilis, & ad vtilitatem potiùs quàm ad voluptatem culta.
- FORMICOSIA:** *Formigosa* ad quam Mincius exit ex lacu Mantuano.
- BVRGVS FORTIS:** *Borgo Forte*, à Mantuanis oppidum



en-
id
pra
nes
es
ab

to,
am
fa,
m-
of-
bis
de
n-
di

us
re
pa-
en-
n-
ir-
us
n-
cu

mm

conditum anno 1111. vbi Fossa terminatur deducta ex lacu Mantuano in Padum. In alterâ Padi ripâ erat quoque burgus, ex quo catenâ ferreâ Padus clauderetur.

CASTELLVM GVBERNIVM: *Gouernolo*, ad Mincium Fl. ad quod S. Leo Attilæ dicitur occurriffe: locus admodum celebris, quia hîc Cataracta: vulgò *la Chiusa di Gouernolo*, cuius ope circumposita regio potest inundari.

D V-

Sacceta: *Sacchetta*, oppidum nobilis familiæ Caprianorum, non procul ab ostio Mincij in Padum, vbi tanta clades ruptis Padi aggeribus an. 1531. contingit.

Serauallis arx: *Seraualle*, ad Padum munitus locus à Mantuanis 1320.

C I S

HOSTILIA & HOSTIA: *Ostiglia*, perlautum, frequens, & opulentum oppidum. Instauratum est à Veronenfis 1050.

Agger S. Michaëlis: *le Bastion S. Michel*, locus munitus ad Fl. Tartarum.

Duo Castella: *li duo Castelli*, ad Fossam di *Pozzola*.

Castillio Mantuanus: *Castiglione Mantuano*, ad prædictam Fossam.

MAN-

GOITVM: *Goito*, vrbecula egregiè munita ad Mincium, cum Palatio pulcherrimo Ducis, vbi picturæ exquisitissimæ.

Volta: *Volta*.

Capriana: *Capriana*. } In limite Veronensi duo sita oppida, non immunita.

Medole, seu Medolæ: *Medoli*, lautum oppidum & locuples.

Ceresaria: *Ceresole*.

TVA-

RODONDISCVM: *Rodolfo*, mercimoniis frequens oppidum, & celebre ob pannorum textrinas.

MARCHERIA: *Marcavia*, non inhonestum oppidum ad Tartari in Ollium confluentias.

CANETVM: *Caneto*, seu *Canetto*, penè ad Nauilij in Padum confluentias.

OSTIANVM: *Vstiano*, in limite Bressiano & Cremonensi ad Melæ Fl. in Padum ostium.

Turris Oglj: *Torre d'Oglio*, ad Oglium paulò antequam Pado misceatur.

VITELLIANA: *Viadana*, perlautum, frequens, & opulentum oppidum: quod credunt indigenæ dictum à Vitellio hîc consistente dum nuncium de morte Othonis opperitur.

N I.

Fanum S. Benedicti cognomento Podolironi: *San-Benedetto*, à Bonifacio Mathildis patre conditum, locus est pernobilis, splendidus & amplus, olimque centum monachos minimùm alebat.

Gonzaga vicus: *Gonzaga*, vnde Principes omnes huius ditionis traxere nomen, vbi villa magnifica, & sumptuosissima.

DITIO
DVCIS
GVAR-
DIS-
TALLÆ

Duché de Guastalla.

GVARDISTALLVM: *Guastalla*, vrbs lauta & diues, binis Cōciliis nobilis sub Urbano II. & Paschasio II. vnde intelligitur quàm olim ampla fuerit & magnifica. Diu fuit in familiâ Taurellorum.

Dosiolum: *Dosolo*, castrum, malè à Leandro admouetur ostio Ollij in Padum.

Luzaria: *Luzara*

Suzaria: *Suzara*

Regiolum: *Regiuuolo*

Tria hæc loca Dux obtinuit à Carolo Niuernēsi, ne in eius possessionem incurreret.

DITIO
DVCIS
SABV-
LONE-
TI

Duché de Sabionette.

SABVLONETA: *Sabionetta*, seu *Sabioneda*, nobis *Sabionette*, clara origine Comitum Perficorum Cremonensium, & maximè Vitalliani viri fortissimi. Arcem habet munitam cum magno semper præsidio, quia hinc ferè Princeps abest, & in regno Neapolitano residebat ante aliquot annos in Principatu Stigliano. Nunc ad Hispanum dynastam per nuptias deuoluta est vnà cum ditione.

DITIO
PRIN-
CIPIS
BOZO-
LANI

la Princi-

BOZOLVM: *Bosolo*, oppidum nobile cum arce satis munita. Celebrem illam urbem reddidit Fridericus Gonzaga cognomento Bosolinus.

Fanum S. Martini cognomento in Argino: *San-Martino dell' Argino*, vbi castrum satis luculentum: caput Comitatus est.

pau^té de
Bozolo.

Ripariolum Fuorinum: *Rimaruolo di Fuori*, burgus
peramœnus & diues.

DITIONIS
MARCHIO-
NIS CASTI-
LIONÆI,

le Marquisat de
Chastillon de la
Stiuère.

CASTILIO STIVERORVM: *Castiglione della Sti-
uère*, vrbs permunita cum arce non temnen-
dâ. Hinc oriundus Ludouicus Gonzaga, qui
ditionem hanc Christi opprobriis, & pau-
pertati anteposuit.

Castellum Ziphrazum: *Castro Giufrè*, cuius do-
minus Ludouicus ille Gonzaga vir eruditus,
& magnus Imperator. Iam locus permunitus
est, Hispano maximè suadente.

DOMINIVM
SVLPVRINVM

la Seigneurie de Solfori-
no.

SVLPVRINVM: *Solforino*, in limite Ve-
neto, cuiusque agri Castilionæis inferti
sunt: exigua est vrbs, & territorij satis
angusti.

DITIO CO-
MITIS NO-
VELLARIÆ

le Comté de No-
uellara.

NOVILLARIA: *Nouellara*, vrbs angusta, sed
permunita, cuius ager in Rhegiensem a-
grum incurrit.

Bergatium: *Bergazzo*, burgus sat diues.

Victoria: *Vittoria*, vicus quoque non illepidus.

FLV-
VII

AGRI

MAN-
TVA-
NI.

PADVS: *le Pô*, qui olim catenâ ferreâ iungebatur ad
Burgum fortem.

MINCIVS: *Menzo*, Mantuanum stagnum efficiens, de
quo in Historicis. Idem eluuiem his agris inferre po-
test per cataractam Gubernij.

Molinellus Fl. *Molinella*.

Tartarus Fl. *Tartaro*, in limite Veneto.

Tartarus alter, *Tartaro* ad Mercariam iunctus Ollio:

Clusius Fl. *Chiuse*.

Vt hic fossas plurimas fileam, & incilia ab indigenis ef-
fossa, & protracta vt agri rigarentur.

N V M. 2. *Descriptio Montisferrati Ditionis Mantuanae.*

Y R-

CASALE S. EVASII: *Casal S. Vas*, facta Episcopalis à Six-
to I V. vrbs in agro perbono, & fertili, ciuitas Europæ
munitissima, aggeribus, fossis, propugnaculis egregiè